

2153.

1318 d. 23 Juni.

Utvalde Ärkebiskopen Olof gifver fastebref på förutnämnda byte och gårdsköp. (Se N. 2151, 2152).

Registr. Eccl. Upsal. perg. p. 51. (fol. 48).

Nos OLAUDS dei miseracione vpsalensis electus consecratus Notum facimus vniuersis, presens scriptum cernentibus, quod cum venerabili patre, domino, fratre israele episcopo arosiensi, permutacionem quandam prediorum fecimus in hunc modum, recepimus nimirum ab eodem, octo solidos terre in villa harcke iuxta frøsakir, parochie kewr arosiensis dyocesis, pro quorum quatuor cum dimidio, dimisimus ei quatuor solidos terre cum dimidio, in villa østby, parochie østby, nostre dyocesis, tres vero cum dimidio residuos habuimus ab ipso, titulo empcionis, super qua permutacione, testes seu firmarios vlgariter dictos fastar, eidem domino arosiensi, per discretum virum, olauum jonson, famulum nostrum, in walendahundæristingstad, feria quarta iam proximo preterita, dari fecimus infrascriptos, videlicet iacobum de lings, laurencium ibidem jerundum de ordhambre jngiualdum de myreby, gellonem de bellestum, laurencium de fodhaby, martinum de rikkaby iohannem de fitium, iohannem de alby, nicolaum ibidem iohannem de kellebærghum, holngerum ibidem Olauum de rifsta, olauum de roklestum, karolum de sindistum, iacobum ibidem olanum de wgby nicolaum de walendasio ragualdum de kælinge, iohannem de swiestum ødhuastum de kuzstæ sigurdhum ibidem et petrum de skidhastum In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. datum Anno domini M^o CCC^o XVIII^o in vigilia beati iohannis baptiste.

2154.

1318 d. 23 Juni.

Tofta.

MAGNUS NILSSON säljer till Birger Persson, f. d. Lagman i Upland, sina gods i Finstad, efter beräkning af 5 mark penningar för hvarje örtugland jord, samt lemnar för 20 mark penningar sina hus på nämnde gods och den "afrad", som deraf under instundande året inflyter, med vissa vilkor.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scriptum cernentibus. MAGNUS NICLESSON salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare uolo tam posteris quam modernis quod recognosco me nobili Militi Domino Birgero petersson quondam legifero vplandiarum predia mea singula jn finstadhū. sita. et ibidem circumquaque. vendicionis titulo assingasse. quemlibet solidum terre ibidem